



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

71. Indignantur discipuli, præcipuè Iudas, de effusione unguenti.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

profi. *Matth. 26. v. 6. Marc. 14. v. 3.* Et Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo. *Ioan. 12. vers. 2.*

II. Et cùm esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier, *Marc. 14. v. 3.* Maria, & accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes IESU, & exersit pedes ejus capillis suis. *Ioan. 12. v. 3.*

III. Accessit ad eum mulier, *Matth. 26. v. 7.* habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabaastro, effudit super caput ejus, *Marc. 14. v. 3.* recumbentis. *Matth. 26. v. 7.* Et domus impleta est ex odore unguenti. *Ioan. 12. v. 3.*

MEDITATIO LXXI.

Indignantur discipuli, præcipuè Judas de effusione unguenti.

I. ERANT autem quidam (videntes discipuli. *Matth. 26. v. 8.*) indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? *Marc. 14. v. 4.* Potuit enim istud venundari multo: *Matth. 26. v. 9.* Poterat unguentum istud venundari plus quàm trecentis denarijs, *Marc. 14. v. 5.*

¶. 5. & dari pauperibus. *Matth. 26. Vers. 9.*
Marc. 14. ¶. 5. Et fremebant in eam. *Marc.*
14. ¶. 5.

II. Dixit ergo unus ex discipulis ejus Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non vāniit trecentis denarijs, & datum est egenis? *Ioan. 12. ¶. 4. 5.*

III. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: Sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. *Ioan. 12. ¶. 6.*

MEDITATIO LXXII.

*Excusat & defendit Christus
 Magdalenam.*

I. **S**Ciens autem IESUS, ait illis: *Matth. 26.*
 ¶. 10. Sinite eam: *Marc. 14. ¶. 6.* Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: *Matth. 26. ¶. 11.* & cum volueritis, potestis illis benefacere: *Marc. 14. Vers. 7.* me autem non semper habetis. *Matth. 26. ¶. 11. Marc. 14. ¶. 7. Ioan. 12. Vers. 8.*

II. Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. *Ioan. 12. ¶. 7.* Quod habuit hæc, fecit: prævenit ungere corpus meum in sepulturam. *Marc. 14. ¶. 8.* Mit-
 tens